Vergilius Maro, Publius; Servius [Comm.]; Donatus, Aelius [Comm.]; Landinus, Christophorus [Comm.]; Domitius <de Calderiis> [Comm.]: Opera: Bucolica et Georgica
Nürnberg: Anton Koberger, 1492 Seite 560



Transierim cygne: & paucis comitate cupauo.
Cuius holorinæ surgunt de vertice pennæ.
Crimen amor vestrũ formæq; insigne paternæ
Nanq; ferunt luctu cygnon phæthontis amati
Populeas inter frondes: vmbramq; sororum
Dum canit: & mœstum musa solatur amorem
Canentem molli pluma duxisse senectam:
Linquentem terras: & sydera voce sequentem:
Filius æquales comitatus classe cateruas
Ingentem remis centaurum promouet: ille
Instat aquæ: saxumq; vndis immane minatur.
Arduus: & longa sulcat maria alta carina.
Ille etiam patriis agmen ciet ocnus ab oris
Fatidicæ manthus: & tusci filius amnis:
Qui muros: matrisq; dedit mantua nomen.
Mantua diues auis: sed non genus oibus vnũ.
Gens illi triplex: populi sub gente quaterni.
Ipsa caput populis tusco de sanguine vires:
Hinc quoq; quingentos in se mezentius armat
Quos patre bænaco velatus arundine glauca
Mintius infesta ducebat in æquora pinu.
It grauis aulestes: centenaq; arbore fluctum
Verberat assurgẽs: spumãt vada marmor̃ verso
Hunc vehit immanis triton: & cærula concha
Exterrens freta: cui laterũ tenus hospida nanti
Frons hominẽ prefert in pistrim desinit aluus:
Spumea semifero sub pectore murmurat vnda

SER. Cupauo. hic cupauo o cupauo. & decliat̃ cupauo sicut cicero & cato Nãq; f.c.l.phe. a pheton Clymenes & Solis filius fuit: q cũ doleret obiectũ sibi ab Epapho rege ægypti ꝙ esset ñ de sole: sed de adulterio ꝓcreat⁹: duce mr̃e vẽit ad solẽ: & poposcit vt si vere ei⁹ eẽt fili⁹: petẽda p̃staret qđ cũ sol iurasset ꝑ stygẽ paludẽ se esse factuꝝ: petit ille vt ei⁹ curr⁹ agitaret: Sol iusiurandũ negare nõ potuit. Acceptis itaq; currib⁹: pheto cũ orbitã solis excessisset: & cepisset mũdus ardere: a Ioue fulmiatus in Eridanũ cecidit: q & padus vocat̃. Hui⁹ iteritũ flẽtes sorores phetusa & Lãpetusa deoꝝ miſatione in arbores mutatæ sũt: vt hic dicit in ppl̃os: & in Buc. in alnos. Fuit qdã ẽt ligur cygnus noie phetõtis amator: q cũ eũ fleret extictũ ĩ auẽ sui nois cõuersus ẽ: cui⁹ nũc filiũ Cupauonẽ dicit habere cygni pẽnas in galea ad formæ paternæ ĩsigne mõstrandũ Crimẽ a.v. phætontẽ amatũ a Cygno. aut pie. aut turpiter accipiam⁹: necesse ẽ. Si turpiter talis ẽ sẽsus. Crimẽ vr̃m est o cygne & phæton ꝙ sic amastis. & hoc tm̃ vobis põt obiici. Alii vestꝝ ꝑ tuũ accipiũt. & ad solũ cygnũ refert: vt Vos o caliope p̃cor. Si pie amauit scđm aspeꝝ crimen erit cã: vt alibi: & crimine ab vno Disce oẽs. Vt sit sensus: O phætõtides sorores & cygne causa vr̃m. i. vr̃æ mutationis amor est Vmbrãq; s. Ambitiose dictũ ꝑ inter arbores de sororib⁹ factas: & est vnũ de iis q̃ hẽt Virg. mutabilia & sua ꝓpria. tale est: & sinuatq; alterna volumia cruꝝ. Itẽ Cũ primũ sulcos æquãt sata. Musa. Carmine. Cithara. cãtilena. Canentẽ senectã. Qui canentẽ senectam mollib⁹ transegit in plumis. sydera voce sequentẽ. cum cantu cœlũ petentẽ Vel ꝙ est re vera relat⁹ in sydera: sicut vidim⁹ in sphæra. Aequales c.c.c. per naues æqualiter hñs distributas cateruas. Ocnus. Iste Ocnus quẽ in bucolicis Bianorẽ dicit: vt Iãq; sepulchꝝ incipit apparere bianoris. hic Mantuã dicit̃ condidisse: quã a matris noie appellauit: nam fuit filius Tiberis & Mantus Tiresiæ thebani vatis filiã: q̃ post patris interitum ad Italiam venit. Manthus. Gtũs est græcus. Nam si latine decliaueris: mãthõis facit: sicut in plauto legim⁹ Ionis. Diues auis. Maiorib⁹ prepotens. Sed nõ gen⁹ oibus vnum. Quia origo mãtuanoꝝ & a tuscis venit: q in Mantua regnabãt: & a venetis. nam in Venetia posita est: q̃ & gallia cisalpina dicit̃. Gens illi triplex populi sub gente quaterni. Quia mãtua tres habuit tribus: q̃ in quaternas curias diuidebant̃: & singl̃is singuli lucumões impabant: quos tota in Thuscia duodecĩ fuisse manifestũ est. ex quib⁹ oibus vnus p̃erat: Hi ãt toti⁹ Thusciæ diuisas habebant quasi p̃fecturas: sed oim ppl̃oꝝ pricipatũ Mantua possidebat. vñ est ipsa caput ppl̃is Thusco de sanguie vires. Robur totum a lucumonibus habuit. In se mezenti⁹ armat. Odio sui in arma cõpellit. Patre bænacho velatus arundine glauca Minti⁹ ĩfesta ducebat in æquora pinu. Bænacus Lacus est Venetiæ: de quo fluui⁹ nascit̃ minti⁹. Iure ergo dux venetus fluuiũ ꝓuintiæ suæ depixit in naui quem bænaci filiũ quia ex ipso hẽt originẽ dicit. Grauis. Fortis: vt ferit ense grauẽ thymbreus osyrim. Centenaq; arbore fluctũ. Non ait remis sed arborib⁹ ad exprimendã nauis magnitudinẽ quæ plures habuit remoꝝ ordies. Vñ ait Luc. Et summis longe ferit æquora remis. Marmore. mari. Cærula. cærulea freta: non cærulea cõcha. nam versus nõ stat Hispida. Horrida setosa. Frõs hoiem prefert. Modo primam hominis partem intelligere debemus. nam hoc dicit a capite vsq; ad ima lata hominis monstrabatur effigies.

DO. Ocnus. filius fuit Manthus qui muros dedit vrbi: & de matris nomine illã vocauit. Armat in se. Armat quia causam præbuit ꝙ illi in se armarent.

CHRI. Vmbrãq; soroꝝ. Nõ cupauõis sed soroꝝ inter se: vt alibi: Occeanũq; patrẽ reꝝ nymphasq; sorores. & est positio iter frõdẽs populeas appositiue vmbras soroꝝ. Nam in ipsas ppl̃os cõuersæ fuerãt Phetusa & Lãphethusa phetontis sorores. Canentẽ senectã. i. candidũ colore: vt est icana senecta Vo-



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-85/0559
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG